



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

4 Confraternitates non possunt aggregari sine consensu, ac testimonio sui
Ordinarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

omnium totius Chriſtiani orbis regularium ordinum, religionum, & inſtitutorum, quibus confraternitates ſecularium erigendæ, & inſtituendi facultas conceſſa eſt, & Archiconfraternitatum, & congregationum quarumcumque, quibus alias confraternitates, & congregationes inſtituendi, erigendi, & ſibi aggregandi, illiſque privilegia, indulgentias, facultates, aliasque ſpirituales gratias, & indulta prædicta elargiendi, & communicandi potestas à Romanis Pontificibus, & Apoſtolica Sede attributa fuit, magiſtri,

2 Piores & Officiales, ſeu Superiores ꝑ quovis modo nuncupati regularium ſiquidem Ordinum religionum, & inſtitutorum unam tantum confraternitatem, & congregationem de conſenſu tamen Ordinarij loci, & cum litteris ejus testimonialibus, quibus confraternitatis, & congregationis erigendæ, & inſtituendæ pietas apud eos commendetur in eorum, & in quibuscumque aliis eccleſiis erigere, & inſtituere,

3 ꝑ cæterarum verò Archiconfraternitatum & congregationum dumtaxat, quæ Apoſtolica, vel Ordinaria auctoritate prius erecta, ac nulli alteri Ordini, religioni, & congregationi aggregata ſit, ꝑ prævio ſimiliter loci Ordinarij conſenſu, & cum ejus litteris testimonialibus, quibus aggregandæ confraternitatis, & congregationis pietas, & officia charitatis apud eos commendetur, ſibi adjungere, & aggregare poſſunt, ut in litteris ejusdem Clem. VIII. ſub die ſeptimo Decembris anni. 1604. expeditis, & deinde de more in Vrbe publicatis, §. nos pro ſemmiſſo: Quæ publicatio Romæ facta ſufficit, & omnes afficit, ac, ſi in omnibus Chriſtiani orbis Provinciis, & civitatibus facta fuiſſet, ꝑ Roma enim eſt om-

nium orbis eccleſiarum parens, & caput Capel. Tolof. in decif. 445. n. 2. Gomel. in proem. Reg. Cancellar. num. 13. & Azor. lib. 5. inſtitut. moral. cap. 3. verſ. ſecunda opinio.

Tunc enim fit, ut quæ pietatis, & devotionis zelo à Sede Apoſtolica conceſſa ſunt, contrarium quandoque pariant effectum, cautius eſt glificenti modo opportunè mederi, quàm permittere, ut paucorum incuria animarum multitudo pravus moribus inficiatur, aut in aliqua contracta labe ſordeſcat.

6 Quia ꝑ privilegium, cum incipit eſſe nocivum, ceſſat vel ſaltem debet revocari, ut poſt Abb. in conſ. 35. num. 3. par. 2. quem citat tenet Card. Tuſc. præſt. concl. tom. 6. conclud. 733. numer. 21. & abutens privilegio ſibi conceſſo, perdit privilegium, l. iudaos, C. de iuda, cap. privilegium, 11. quaſt. 3. ubi gloſſ. plenè not. l. qui ſine de neg. geſt. l. libera, ff. de pecul. Cardin. Tuſc. eod. tom. conclud. 754. nu. 1.

7 Vicina etiam ſunt ferè ꝑ vitia virtutibus, nec veritate, ſed, quadam ſpecie fallente, ſimilia, D. Auguſtinus contra Iulian. lib. 4. cap. 3. nec vitium ullum præſentius venenum habet, quàm, quòd ſub virtutis, vel pietatis titulo, venditur.

8 Hanc ob cauſam, ꝑ etiam ſucceſſores prædeceſſorum inſtituta alioqui bona, & pietatem ipſam præ ſe ferentia, cum poſtea pernicioſa, & contra piam optimamque Pontificum mentem exerceri conſpexerint, ſtatim, vel abrogare, vel immutare ſolent, & debent, c. 1. §. his ita reſpondetur, 35. qu. 1. §. quia ſancta §. verum, quia in ſin. & ibi gloſſ. in ver. deſtruantur, 63. diſt. ſuggeſtum, & ibi Innoc. in ſin. & Abb. num. 3. de decim.